

Folio. 63. a. linea 9.

A ut calami radix.) Aliquoties dictione calami usi sunt mus pro arundine. idq; citra adiectiuum aromatici, qui ab illo diuersus est.

Folio. 64. b. 8
Iunci floris.) Hoc est iunci rotundi floris, ut epud Celsum nonnunquam legitur nisi mendum sit.

Folio. 70. a. 1
Scordii drachmæ quatuor.) Impresum exemplar habet hoc hoc est alliorum: scordium uirtute simili ad affectum hunc ualet, qua de causa ita reddidimus, quanquam superior lectio multis probetur.

Folio. 71. a. 5
Venarum puluini turgescunt.) Hoc est ipsæ uenæ. Nam puluini nihil aliud sunt quam uenæ extuberantiæ, quemadmodum Celsus aliquando uenæ toros dixit.

Linea. 23
Medicamentum ex papauere. Simpliciter hoc diximus, pro ex papauerum capitibus, quod Latini scriptores sæpe facti rare solent: Græce dicitur dia codion.

Linea. 33
uel rhodomelite uel diluto hydromelite.) Affinitas dictionum malæ scripturæ occasionem præbuit, hunc igitur in modum uitiatam lectionem restitue, uel rhodomelo uel dulci hydromelo, dilutum positum erat pro aquoso, propter id quod sequitur. Nam uinosum hydromelum. Similicafu in septimo libro capite decimoquinto de prauata est lectio. ubi pro hydromel & rhodomel, legendum est hydromelum & rhodomelum.

Folio. 75. a. 1
Bombylio ori instillantur.) Bombylium teste Galeno & Suida est poculum angustioris, cuiusmodi fistilia multa fieri solent.

Linea. 10
Fœmora & crura exulcerata.) Vrentibus scilicet qualis est urtica & sinapi. Celsus exasperare pro exulcerare ponit libro tertio capite uigesimo septimo. Prodest inueniens etiam

ANNOTATIONES

torpentis membri summam cutem exasperasse, uel urticis
cælam, uel imposito sinapi.

b. Linea. 35

Ac ore uentriculi submisso.) Græce $\pi\acute{\iota}\sigma\upsilon\sigma\omicron\lambda\epsilon\iota\varsigma\ \phi\upsilon\lambda\alpha\prime\pi\epsilon\iota\gamma$,
 $\epsilon\prime\sigma\tau\iota\ \tau\acute{\iota}\nu\epsilon\ \tau\omega\ \kappa\omicron\iota\lambda\acute{\iota}\sigma\alpha\gamma$, hoc est in systole conseruare & al-
uum irritare, puto autem aliquid desiderari, atque in hunc
modum legendum esse: Quibus uomere ex usu est, si statim
ad id cogendi sunt & inquiete seruandi: qui difficulter uo-
munt, iis aluus duci debet.

Folio. 74. b. 13

Iuncus aliâq; similia.) Quotiescumque simpliciter iuncus
positum, rotundum intellige.

Folio. 75. a. 33

Eorum quæ iuxta sunt obliuor.) Dictio Græca est $\pi\rho\sigma\epsilon\chi\omega\gamma$
quæ etiam familiares significat, atque sic duobus modis pos-
sit intelligi, sed prior sententia omnia complectitur.

Folio. 77. a. 17

Quando ualentiora magisq; uaria.) Ita intellige, quando
contumax est humor tunc ualentiora tentare oportet re-
media.

Linea. 32

Ex cucumere.) Græce est dia sicyonias quod est ex cucurbi-
ta syluestri, dicitur alias dia colocynthis.

Folio. 78. b. 6

Latinis incubo est.) Nonnulli incubonem Latine dici ne-
gant, Scribonius Largus eadem dictione utitur compositio-
ne centesima.

Folio. 79. a. 16

Attonitum ipsi crux euaserat.) Attonitum hoc est apoplexia
occupatum.

Linea. 24

Omnes faciei subiectæ partes.) Hoc est, partes omnes quæ
a facie usque ad ima habentur.

Folio. 80. a. 31

ualentudini faciunt.) Hoc est profunt. Celsus sæpissime uale-
rudinem pro sanitate ponit, nullo etiam adiuncto.

Folio. 82. a. 15

Commendatur autem lac.) Alterum exemplar scriptum
est $\epsilon\pi\iota\ \tau\epsilon\iota$, quod est commendatur, uerum dum sententiam
penitius introspicio, melius habet impressum $\epsilon\ \pi\epsilon\tau\epsilon\iota$, ut sit

ANNOTATIONES

Cæterum uitari debet lac, caseus, &c.

linea. 29

Iunci rubi.) Græce quidem est $\rho\alpha\iota\tau\epsilon\varsigma$ quod est iunci rotundi, sed deprauate, pro $\rho\alpha\iota\tau\epsilon\varsigma$, quod est lentisci

b. linea. 28

sorbitionibus ex chondro & alica.) Hoc ex loco manifestissimum est, Paulo diuersa esse chondrum & alicam, quod a libi monuimus

Folio 83 b. 24

vbi refrixerint in memoria habeatur.) Peruersa est sententia, sic lege: nec ubi refrixerint. Sensus est, sudores lanis oleo madentibus abstergere, ne nobis imprudentibus refrigerent, in memoria habeatur.

Linea. 33

Instar erui.) Substantiue hic instar ponitur pro magnitudine loquutio Latinis medicis frequens.

Folio. 83. a. 23

Causa cæca.) Hoc est latente incognita.

Folio. 91. a. 17

Pollinem eius accommodare.) Pollinem accipimus in hoc opere, pro quocunque tenui puluere.

Folio. 94, b 9

Amygdalarum quibus corticem detraxeris.) Græce est $\lambda\epsilon\upsilon\alpha\sigma\mu\epsilon\upsilon\omega\upsilon$, quod est amygdalarum exalbatarum: nos quæ cortice detracto albescunt amygdala, quibus corticem detraxeris, reddidimus.

Folio. 95. a. 17

vel marrubii.) Impressum exemplar habet $\mu\alpha\sigma\tau\epsilon\varsigma$ hoc est porri, atque ea lectio magis probatur, quod superius in eodem capite porrum ad aurium dolores Paulus commendauerit.

Folio. 97. b 35

Afelli domestici combusti.) Corrupta est lectio dictionum Græcarum consinitate, Græce est $\delta\prime\upsilon\delta\alpha$ quam dictionem nusquam reperiō, eoque putauī legendum $\delta\prime\upsilon\delta\iota\omega$ pro multiplex. lege igitur $\delta\prime\upsilon\tau\omega\delta\alpha$ ut sit, vel ononidis combustæ cinerē inspirabis: uel ononidis expressæ succum instillato.

Folio. 95. a. 23

Fuci drachmæ tres.) Fucum uoco quod Græci $\phi\upsilon\kappa\omega\varsigma$ dicunt Plinium hac in re sequutus.

ANNOTATIONES

linea. 34

Thuris illyricæ.) Hoc est iris illyricæ: distinguendum a thure est.

b. linea. 5

Erui siliquæ.) Græce est λυθός quod per se lomentum significat & siliquam cuiuscunque frugis: hic autem erui farriam legere malim.

Folio. 99. a 23

Quanto calidius.) Græce est quanto uetustius sed quia oleū uetustate redditur calidius eo modo transfusi.

b. linea. 14

Ficus pinguis uiridis.) Hæc in impresso exemplari male sugillatis adiuncta erant, nos ex manuscripto in suum locum restituimus. Cæterum pro ficus pinguis, legendum est, nucis.

b. linea. 16

Pondo triens.) Pondo hic nihil aliud significo, quam pondere, quemadmodum usurpat Largus quum autem solum ponitur, tunc libram signat. Porro triens de unciiis tantum dicitur apud medicos, hic autem male positum est in fine, lege igitur hunc in uodum: Aluminis latercularii, salis ammoniaci, singulorum pondo triens, myrrhæ, costi, pyrethræ singulorum denarii quatuor, piperis &c.

Folio. 101. b 32

Spiritus recta ceruice uix trahitur.) Græce est ὀρθοπνεῖα τῆς κεφαλῆς πρὸς τὴν ἀνατολήν, quod ad uerbum sonat, orthopneœa, labor cum spirandi difficultate, id totum breuissime complexi sumus, per spiritus recta ceruice, orthopneœam intelligentes: uix trahitur, laborem cum spirandi difficultate. Cessum hac in re imitati qui in capite de angina hæc eadem habet.

Folio. 102. b 15

Et anguntur.) Græce est in codice manuscripto ἀμύνη, quod est tristitia afficiuntur, anguntur: ipsum habet ἀμύνη, hoc est redeunt ad se, animum recipiunt.

Folio. 103. a 27

Sumenalia quæ itria dicuntur.) Barbarus testatur itria dici sumenalia.

ANNOTATIONES

Folio. 104. b. 23

pum tabuerint.) Græce est $\alpha\pi\epsilon\tau\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$, hoc ad uerbum significat, usque ad tertias redactio; atque sic intelligi uolo, dum tabuerint usque ad tertias uidelicet decocta.

Folio. 106. b. 14

In pinguedinem languescit.) Græce est $\nu\pi\omicron\lambda\eta\pi\alpha\rho\iota\iota$, hoc est, subpingues fiunt, quod nos expressimus per, in pinguedinem languescit, qui loquendi modus in hoc sensu Plinio aliisque Latinis scriptoribus frequens est.

Linea. 24

Hydromelite.) Et hic hydromel pro hydromelo ponitur.

Folio. 107. a. 4

Ad magnitudinem cicerum trium.) Græce uidetur habere ceratium, hoc est siliqua, ut sit sensus, ad magnitudinem siliquarum trium aut quatuor. Nos, quia hoc non uidebatur multum conuenire, diximus cicerum. tu utrum manus elige.

Folio. 108. b. 16

Purulenta excretio quam Græci empyema nominant.) Empyema purulentam collusiem uoco & excreationem, quæ a sanguinis exspuitione facta ulcere neque ad cicatricem perductio fieri toler, probatissimos Latinæ linguæ scriptores imitatus.

Folio. 109. b. 14

Pleuritis quæ nobis lateralis dolor appellatur.) Lateralem dolorem uocaui, quem Græci pleuritin, auctore Plinio: lateris dolorem eum qui sine febris est. Celsus utrunque malum, dolorem lateris uocat.

Linea. 17

Dolor a summa.) Multi ita interpretantur hunc Pauli locum sed nos in subscriptum modum legimus: Dolor ad summam humerorum compagem & extremas costarum cartilagine pertinet.

Folio. 111. a. 3

Puluerem ex uisæ pauimento.) In hunc modum Celsus ubi de sudore agit in cardiaco morbo, interpretatur id quod Græcis est $\kappa\alpha\theta\alpha\rho\iota\sigma\mu\delta\sigma\tau\epsilon\iota\delta\alpha\phi\epsilon\sigma$, quasi dicas purgamenta pauimenti.

Ibidem.

Aliæ refrigeria.) Græce est $\psi\chi\alpha\rho\omega\iota\iota\alpha$, quod hoc loco refrigerationem

ANNOTATIONES

refrigerationem non delectationem animi significat, ut a-
lias. Nam refrigeria sudantibus maxime ex usu sunt.

Folio. 115. b 75

Contra uentriculum ipsum.) Latinis uentriculus dicitur,
qui Græcis stomachus; intelligo autem superiorem partem
uentris, quæ sub cartilagine mucronata habetur. huic igitur
applicari cucurbitula debet.

Linea. 35

Alimentum ægri sentiunt. Hoc est aluntur, loquitur Plinio
& Celso frequens.

Folio. 117. b 35

Lacte caseato harundine demissa.) Legerem hic Græce κα-
λα μων, sed impresum bene habet κακλιδων, sic igitur re-
stituere lectione uitiatam. Lacte caseato lapillis marinis ignis
tis in id demissis.

Folio. 118. b 6

Acerba uua, combusta.) Græce est σμφαιδος, quid hoc sit
non comperi, conicio autem ex ipsius Pauli interpretatione
non glandis calycem esse, ut sensus sit, calycis quernei com-
busti, est autem hoc concanum &c.

Folio. 126. a 1

Recens caro lota esse uideatur. Sic reddit Celso quod Græ-
ce μοια πλυματι κρεωνισφαιδων.

linea. 16

Recrementa erunt sicciora.) Videtur hic deesse in Græco
exemplari, & pauciora, tu si uoles addito.

Folio. 128. b 2

Cottabismi & dropaces.) Quid cottabismus, sit uide Hera-
molai Barbari Corollaria in Dioscoridem.

linea. 12

Nonnunquam sanguinis copia.) Græce quidem sic est, uex
sequens sententia, ipsaq; rei ueritas πνυματος pro αματος
legendum esse dicitur, ut sensus sit. Nonnunquam spiritus
copia &c.

Folio. 129. a 13

Agresti uua.) Sic uoco interim staphida agriam, aliquando
pediculariam herbam.

Folio. 133. a 31

Calcis pondo denarii octo.) Græce est ασβης quod est, uo
restincta, atque sic hic & in duabus sequentibus compo-
sitionibus accipiendum.

ANNOTATIONES

Folio. 134. a 13

Plumbi retosti quod helcysma dicitur.) Nonnulli sic interpretantur, sed proprie helcysma recrementum argenti est. leSe ergo, scorix argenti quod helcysma &c.

Folio. 138. a 31

Aristolochix rotundæ.) Depravatum hic exemplar Græcū est. habet enim $\mu\epsilon\lambda\alpha\mu\pi\rho\iota\alpha\varsigma\ \sigma\pi\omicron\gamma\gamma\upsilon\lambda\eta\varsigma$, quod est melanterix rotundæ, nullo sensu, quum creta sutoria rotunda nusquam legatur. Forte igitur legendum $\sigma\upsilon\pi\pi\rho\iota\alpha\varsigma$ hoc est aluminis, aut disiunctim melantarii & aluminis rotundi, ut substantium intelligatur in $\sigma\pi\omicron\gamma\upsilon\lambda\eta$, quemadmodum in $\chi\iota\sigma\eta$.

Folio. 140. b 12

Ilicis italico fictili.) Græce est $\phi\epsilon\lambda\lambda\eta$. Hoc est suberis, ut alias interpretati sumus. Nonnulli uero ilicem exponunt.

Folio. 142. b 10

Nigro Serapionis.) Intellige Melinum dictum, non nigrum.

Folio. 152. b 18

Lege consortii quod.) Hoc est per consensum. modus loquendi Celso peculiaris.

Linea. 21

Artus intricet humor.) Artus hic uoco, quod Græci $\alpha\alpha\delta\theta\rho\alpha\upsilon$, membra nimirum motui dicata, alias articulos forma diminutiua dicimus. Idem facio in dictione $\kappa\omega\lambda\alpha\upsilon$ manus & crura, ea comprehendes. Barbari membra uertunt.

Folio. 156. b 6

Eiusdem aceti imbre.) Hoc est, aceto irrorato. Celsus sic loquitur.

Linea. 26

Sed crudi uinus eam assument.) Crudi dicuntur & homines & cibi: homines qui nondum concoctionem obierunt & cibi qui nondum concocti sunt.

Folio. 157. b 29

Podagram quæ iam constitierit.) Hoc est quæ iam confirmata fuerit. Nam id proprie $\sigma\upsilon\sigma\tau\alpha$ significat. huic confine est, radices agere.

ANNOTATIONES

Folio. 159. a 35

Vel cui luteum fabarum lomento cum aceto incoctum.)
 Duplici modo hæc sententia intelligitur: Primum ut expo-
 sumus, deinde in hunc modum, uel putamen fabaceum cum
 aceto incoctum: Sed scriptum exemplar superiorem senten-
 tiam magis refert.

Linea. 32

Fit autem in pedis & manus præcipue pollicibus.) Impres-
 sum exemplar hæc non habet, quanquam sensus requirat.
 Nos igitur ex Marcello Dioscoridis interprete. Paulum ci-
 tante hæc restituumus

ARGUMENTVM LIBRI TERII.

In hoc tertio totius operis libro de singularum corporis par-
 tium affectibus disputatio est: quæ à sumo capite incipiens, in
 imos pedes desinit.

CAPITA TERTII LIBRI.

I	De pilorum affectibus, de arcis, & calui- tio	62
II	Quomodo pili crispi fiant, & tincturis infi- ciantur, ex Cleopatræ libris quos de capis- lis crispis faciendis prodidit	64
III	De capitis affectibus cutem infestantibus, sur- furibus seu porriginè, quæ pityriasis dicitur.	65
IIII	De capitis dolore quem Græci κεφαλαλγία uocant	67
V	De cephalæa & hemicrania	68
VI	De phrenitide	70
VII	De inflammatione cerebri	72
VIII	De erysipelate cerebri	ibidem
IX	De lethargo	ibidem
X	De catoco aut uigili comate	73
XI	De memoriæ iactura & ratiocinationis item de sopore & fatuitate	74